

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas ai
cum fonte primo

Quod diuiciis non potes scire,
paupertate scies; illa ueros
certosque retinebit amicos,
discedit quis non te
sed tua sequebatur.

O quando ille dies ueniet quo nemo in
honorem tuum menciatur!

Seneca epistola XX.

Turba ista cum a te pasci desierit,
ipsa se pascet, aut
quod tu beneficio tuo non potes scire,
paupertatis scies: illa ueros
certosque amicos retinebit,
discedet quisquis non te
sed aliud sequebatur.

Non est autem vel ob hoc unum
amanda paupertas, quod a quibus
ameris ostendet?

O quando ille ueniet dies quo nemo in
honorem tuum mentiatur!

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 20, 7 (L. Reynolds
ed., vol. 1, p.54, ll.23-28).